



**Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1652. usque ad annum 1662

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1779**

**VD18 90119185**

§. 5. Sinensis Imperatoris Legatio ad Innocentium X. Papam decreta.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67372](#)

Ecclesiam sancti Salvatoris in Lauro Sæc. XVII.  
 deducitur; ubi ab Apostolico Pontifi- A. C. 1652.  
 cii Sacelli Sacrista juxta ritum Eccle-  
 siasticum Sacerdotii dignitate & vestibus  
 Sacris spoliatus, inter lictores medius  
 ad carceres rursus conducebatur, al-  
 tera die capite imminutus, cuius cor-  
 pus per quatuor horas palam in ponte  
 S. Angeli toti urbi spectandum exhibe-  
 batur, ut violata fides, corrupta Justi-  
 tia, & profanata Tribunalium Sancti-  
 tas in Romanorum, exterorumque ani-  
 mis per publicam vindictam, & hujus  
 prævaricatoris supplicium restaurare-  
 tur: Jam antea Guido Canonici Ma-  
 scambruni Nepos die vigesima tertia  
 Januarii captus, cunctisque suis bonis  
 ærario addictis ad triremes fuit con-  
 demnatus, & Octavius Canonici ejus-  
 dem Mascambruni frater Collegiatæ  
 ad S. Eustachium Archipresbyter ad  
 carceres cum pluribus aliis ejusmodi  
 fraudum consciis raptabatur.

### §. V.

#### *Sinenſis Imperatoris Legatio ad In- nocentium X. Papam decreta.*

Jam ab aliquot annis in Sinarum Im- *Tulden. Hist.*  
 perio Christi fides tantis per adversa *temp. l. 2.*  
 etiam accessionibus quotidie increscebat, *Briet. An-*  
 ut in magna hujus Regni parte plures *nal. Mund.*  
*Hist. Eccles. Tom. LXII. B ædes* *ad hunc ann.*

Sæc. XVII. ædes Christiano ritu sacratæ, multa-  
A. C. 1652. que doctrinæ Catholicæ numerarentur  
gymnasia, in quibus veræ fidei præ-  
cepta idiomate hujus gentis, literisque  
commendata passim edocebantur: Rem  
Christianam insuper haud parum pro-  
movebat Jungliæi Sinensis Imperatoris  
Mater, quæ unacum primogenito filio  
suo Constantino, & Achile Panga Eu-  
nuchorum Principe jamjam sacri fontis  
ritibus inaugurata Christi nomen Reli-  
giose cultu palam profitebatur. Horum  
impulsu Martinus Martinius Societatis  
Jesuiticæ Sacerdos hoc anno Romam  
Legatus venit, ut summo Pontifici fi-  
liale obsequium præstaret, eumque de  
fidei Christianæ progressibus certiorem  
redderet. Erat quidem ipsemet Jun-  
gliæus Imperator nondum Baptismi Sa-  
cramento autoratus, cum autem Vi-  
ris Apostolicis nequaquam infestus esset,  
illum quoque veræ fidei mysteriis im-  
buendum, ac Christianis aquis eluen-  
dum fore, spes haud insima affulserat,  
dummodo a Tartarorum seu Scytharum  
irruptionibus liber esset; horum enim  
Imperator Xunchius nomine, Quandun-  
gensem Provinciam cum valido agmine  
invasit, omnemque late regionem suæ  
subjecit potestati ac Pekingæ sedem  
suam collocavit. Quocirca Sinarum  
Imperator unacum Filio, & Matre,  
aliis-

aliisque Christianis ex Metropoli sua, sæc. XVII.  
 Chadkinga nomine, indeque e continentia  
 in altum mare profugere cogebatur, ut  
 vitæ suæ salutique adversus tam poten-  
 tes hostes prospiceret.

A.C. 1652.

Eodem hoc anno in Africa Rex Mo-  
 nomotapæ unacum Conjuge sua & Fi-  
 lio primogenito, opera PP. Dominica-  
 norum sese Christianorum sacris addixit,  
 qui in sacro fonte Dominicus appella-  
 batur: Reginæ autem nomen Ludovicæ,  
 & Filio nomen Michaelis placuit; qui  
 etiam postremus spredo postmodum Re-  
 gno, amplexus S. Dominici institutum,  
 studiisque insigni cum laude absolutis  
 Theologiæ Magister creatus, totum se-  
 se in promovenda Cafrorum, suorum-  
 que popularium conversione impendit.

## §. VI.

*Imperii comitia a Ferdinando III.*  
*Cæsare Ratisbonæ indicta.*

Habebatur hoc anno Francofordiæ Tuld. Hist.  
temp. l. I.  
 Conventus, in quo Franconici,  
 Suevici, & utriusque Rhenani Circuli  
 Oratores inter se convenerant, ut Hi-  
 spani Francodalia die vigesima quarta  
 Aprilis & Palatini Hailbruna biduo post  
 excederent, & utramque civitatem pristi-  
 nis suis possessoribus integre relinque-  
 rent: quoniam vero Principum nonnulli

B 2

de